

SERRI

Opera

OTTAVA

13

BX890  
.S3  
1770  
v.3  
c.1



1080044798

R. P. HYACINTHI SERRY

Ord. Præd. Doct. Sorb. & in Patavino Lyceo  
S. Theol. Profefs. Prim.

OPERA OMNIA:

*Quorum nonnulla adhuc inedita, plura secundis curis ab  
ipsomet aucta & illustrata*

IN SEX TOMOS TRIBUTA.

PRÆTER PRÆFATIONEM, ET VITAM AUCTORIS

ACCEDUNT

*Cl. Virorum in ejusdem opera Animadversiones.*

TOMUS TERTIUS.

EA CONTINENS QUE SEQUENS  
PAGINA INDICAT.



LUGDUNI MDCCLXX.  
SUPERIORUM PERMISSU.

PROSTANT VENALES VENETIIS  
APUD SIMONEM OCCHI  
IN VIA MERCATORIA SUB SIGNO ITALIE.

RE. R. HYACINTHUS SERRY

Old Fac. Doct. & in Patavino Lyceo  
& Theol. Facult. Prim.

0982B  
53  
1770

OPERA OMNIA

Quorum nonnulla abba iactata, plura fecundis curis  
typorum cura & illustrata

IN SEX TOMOS TRIBUTA

PRÆTER PRÆTATIONEM, ET ALIAM AUCTORIS

Cl. Virorum in eisdem opera diuulgata sunt.

TOMUS TERTIUS



LUGDUNI MDCCLXX  
SUPERIORUM BARRILLI  
PROSTANT VENALITER VENTILIS  
ALPH. SERRI  
IN VINE MERCATORIA VENEZIANA

*Illustrissimis atque Excellentissimis Viris,*

**A LOYSIO PISANO,**

EDIS D. MARCI PROCURATORI, ET EQUITI,

**JOANNI PASCHALICO,**

**MICHAELI MAUROCENO,**

ACADEMIÆ PATAVINÆ MODERATORIBUS:

*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through from the title page.]*

F. JACOBUS HYACINTHUS SERRY FELICITATEM.



*Em vobis vestram offero, REI LITTERARIE CURATORES SAPIENTISSIMI, dum habitas a me de Christo, ejusque Virgine Matre, Exercitationes historicas, criticas, polemicas inscribo clarissimo Nomini vestro. Quem enim litterarium ingenii fœrum, nutu ac jussu vestro, in Academia vestra*  
**Serry Tom. III.**

concepi, fovique diu; quemque Vos prodeuntem in lucem, ne in abortivo partu intercideret, presenti periculo subduxistis; jamque depositum, penesque conclamatum, ac deploratum opportuno patrocinio, opeque benignissima, ab interitu vindicavistis; quidni rem vestram predicem jure summo? Quod itaque multis nominibus vestrum est, hoc rependo; Vobisque Diis veluti natalitiis soteria ista dum voveo, non tam munus offero, quam debitum reddo. Sic sane Principes Viros, virtuti simillimos, qui Superos benefaciendi potestate, ac voluntate proxime referunt, non secus ac ipsos superos propitiamus; quibus de suo, non de nostro litamus: quorum scilicet muneris est, non modo quod offerimus, sed & quod iisdem placemus, quod spiramus, ac vivimus. Quidquid itaque hoc in Opere, tot periculorum superstate, jure optimo vestrum est, **ACADEMIÆ MODERATORES AMPLISSIMI**, equo animo habetote: eaque renidenti fronte excipite, qua littera nostra, ac disciplina, tamquam benignioris syderis aspectu, beantur ac refoventur. Tunc certe quam vobis faventibus lucem aspexit, feret egregie, & plebeja judicia libere facileque contemnet. Ego interim officii ac debiti bene memor, in hoc ipso qualicumque munusculo, quod Cimmeliis vestris, tamquam votivum Anathema venerabundus appendo, veram in me prolixam beneficentiam duntaxat agnosco; cui uni acceptum refero, quod honori vestro ac meritis dico; tantumque me debere profiteor, quantum vix unquam solvendo futurus sim. Si quid tamen in illo est etiam meum, quod sentio quam sit exiguum; id eatenus meum esse volo, ac prädico, ut sit perenne mei erga vos obsequii venerationis, & observantia monumentum.

# O P E R A

In hoc tertio Tomo comprehensa.

- |   |   |
|---|---|
| I. <b>E</b> xercitationes Historice &c. de Christo, ejusque Virgine Matre &c. Editio nova ab Autore recognita, & multis Exercitationibus hæcenus in editis locupletata. | IV. <i>Animadversiones anticritice in Historiam Sacre Familie.</i>                            |
| II. <i>Difesa del Libro intitolato: Exercitationes &amp;c. cum versione latina.</i>   | V. <i>Foglietto di Venezia Num. 22. per il di 28. Maggio 1735. . . . cum versione latina.</i> |
| III. <i>Historia Familie Sacre &amp;c. Sandini.</i>   | VI. <i>Mantissa ad Animadversiones contro il suddetto Foglietto.</i>                          |
|   | VII. <i>Basile &amp;c. adversus Exercitationes Serry &amp;c.</i>                              |



# FACULTAS

## R.<sup>mi</sup> Patris Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum.

Nos Fr. Antoninus Cloche, sacre Theologie Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum Magister  
Generalis, & seruus.

**C**UM, uti nobis exponitur, Adm. Rev. Pater Magister F. Jacobus Hyacinthus Serry Do-  
ctor Parisiensis, & in Universitate Patavina publicus Professor sacre Theologiae, Opus com-  
pouit, cui titulus: *Exercitationes historice, criticae, polemicæ, de Christo, ejusque Virgine Matre* &c.  
illudque prælo subicere desideret: Nos, harum serie, nostrique auctoritate Officii, quantum in nobis  
est, & fervatis aliis de jure servandis, paterne indulgemus: dummodo ab Adm. RR. PP. Magistris,  
Fr. Antonio Boninchi, & Fr. Dominico Donato Savoldelli, Provinciæ nostræ S. Dominici Venetiarum,  
& luce dignum judicetur, eorumque censorio in Scriptis calculo approberetur. In nomine Patris,  
& Filii, & Spiritus Sancti, Amen. In quorum Fidem &c. Datum Romæ, in Conventu nostro S. Ma-  
riae super Minervam, Die 24. Septembris 1718.

F. Antoninus Cloche Magister Ordinis,

Locus ✱ Sigilli,

Reg. Fol. 24.

F. Thomas Ripoll Magister, Provincialis Terræ S. & Socius.

# APPROBATIO

## Theologorum Ordinis Prædicatorum.

**R**everendissimi Patris Magistri Generalis jussu obsecuti legimus, qua debuimus ac potuimus dili-  
gentia, *Exercitationes historicas, criticae, polemicæ, de Christo, ejusque Virgine Matre*, habitas in  
Academia Patavina, a R. P. M. Jacobo Hyacintho Serry, primario ibidem Sacre Theologiae Pro-  
fessore; nihilque in iis deprehendimus, quod aut sacris Fidei Canonibus, aut prioribus morum re-  
gulis advesset; imo multa ubique passim observavimus, ad frangendam Judæorum perfidiam apprime  
valitura: plurima vero ad planam, rectamque Mysteriorum omnium, quibus humanæ salutis opus  
Christus absolvit, notitiam studiosis lectoribus tradendam, opportuna. Quare opus absolutissimum,  
præloque dignissimum judicamus: totique Ecclesiæ spondemus non mediocriter profuturum.

Datum Venetiis, in Conventu nostro SS. Joannis & Pauli, die 15. Aprilis 1719.

F. Antonius Boninchi Magister.

F. Joannes Dominicus Donatus Savoldelli Magister.

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

**A**Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. Fra Tommaso Maria Gennari  
Inquisitore, nel Libro intitolato: *Exercitationes historice, criticae, polemicæ, de Christo, ejusque  
Virgine Matre* &c. composto dal P. M. Giacomo Giacinto Serry publico Professore, non esser cosa al-  
cuna, contra la Santa Fede Cattolica; e parimente, per attestato del Segretario nostro, niente con-  
tra Principi, e buoni costumi; concediamo licenza a Giovanni Malacini Stampatore in Venezia, che  
possa essere stampato, osservando gli Ordini in materia di Stampe; e presentando le solite copie alle  
pubbliche librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28. Gennaio 1718. More Veneto.

[ Avvise Pisani Caval. Proc. Risor,

[ Gio. Pietro Pasqualigo Risor,

[ Michiel Morosini Risor,

Agostino Gadaldini Segr.

IN-

# INDEX

## EXERCITATIONUM DE CHRISTO, EJUSQUE VIRGINE MATRE.

Exercit. I. De improba Judæorum cecitate, in definiendis Christi promissi notis, ad quarum normam illius veritas exiatur. Pag. 5	Exercit. XXVI. De Christi conceptu Virgini nunciato. 82
Exercit. II. De prima prænunciati Christi nota; Gentilium scilicet vocatioe, & abolitione Idolola- trie. 7	Exercit. XXVII. De Christi conceptu peracto in utero Virginis. 86
Exercit. III. De altera prænunciati Christi nota; sublato scilicet Levitico Sacerdotio, novoque indu- to. 11	Exercit. XXVIII. De Virginis peregrinatione in montanam Judææ regionem suscepta; ejusque ad co- gnatam Elisabetham officioso aditu. 91
Exercit. IV. De tertia prænunciati Christi nota; sublata nimirum Legge Mosaicæ, novaque sancita. 13	Exercit. XXIX. De Christo nato. 96
Exercit. V. De quarta prænunciati Christi nota; Templo scilicet, ac Jerusalem nunquam instauran- dis, deque Judaico populo minime colligendo. 17	Exercit. XXX. De loco Christi nascentis. 100
Exercit. VI. De quinta prænunciati Christi no- ta: nempe fore illum Virum humilem atque paci- cum, non manu forte, ac bellatorem. 20	Exercit. XXXI. De tempore Christi nascentis; deque Pastoribus ejusdem adoratoribus. 106
Exercit. VII. De sexta prænunciati Christi nota: moriturum scilicet illum morte turpissima, suoque sanguine humanum genus expiaturum. 23	Exercit. XXXII. De fidei prodigiis, que Chri- sto nascente patrata dicuntur: ac maxime de silentio præfatis Gentilium oraculis inditio. 108
Exercit. VIII. De septima prænunciati Christi nota: in purum dominum futurum, sed hominem Deum cum dominis conversantem. 26	Exercit. XXXIII. De Christo circumciso. 112
Exercit. IX. Judæorum promissi Christi Divini- tatem ingentium nomena reselluntur. 29	Exercit. XXXIV. De Magis Christi nascentis adoratoribus. 117
Exercit. X. De postrema promissi Messie nota; seu de partu Virginis, quo in lucem edendus erat. 33	Exercit. XXXV. De tempore adventus Mago- rum, deque stella illorum duce. 120
Exercit. XI. De Christo, stante secundo Templo, moribus ortivo. 37	Exercit. XXXVI. De Virgine post dies quadra- ginta, in Templo purificata; deque Christo Domino ibidem oblato. 123
Exercit. XII. De Christo intra septuaginta heb- domades, ac florente adhuc Romanorum Imperio, in libro prædituro. 40	Exercit. XXXVII. Superioris argumenti prosecu- tio: ubi etiam de Simeone Christum in ulnas suas excipiente. 126
Exercit. XIII. De Christo, ablato Judæ sceptro, sais ac Gentibus ortivo. 43	Exercit. XXXVIII. De fuga sacre familie in Ægyptum. 129
Exercit. XIV. Continuatio ejusdem argumenti: Judææ Regno, circa Christi D. ortum everso, ac votus extincto. 46	Exercit. XXXIX. De puerorum caede ab Herode imperata. 133
Exercit. XV. Præcluduntur Judæorum effugia, e virga tribulationis, deque promissis conditiona- lis. 48	Exercit. XL. An, Christo in lucem edito, Jo- seph ex matrimonio cum Despara inito, aliquos fu- scepit filios, qui idcirco fratres Domini dicti sint? 135
Exercit. XVI. De Judæ sceptro: privatene Tribus fuerit, an totius Judaicæ gentis? 52	Exercit. XLI. De stirpe Christi Domini: sit ne Christus ortus e Tribu Juda, per Davidem, an au- tem ex Tribu Levi? 138
Exercit. XVII. Quo distincte tempore, Judæ sce- ptrum exciderit; impletumque fuerit Jacobi morientis oraculum. 56	Exercit. XLII. De gemina Christi genealogia, a Mattheo, & Luca descripta: quo pacto secum in- vicem conciliantur. 140
Exercit. XVIII. De Virginis ortu, deque prima illius educatione, & oblatione in Templo facta. 61	Exercit. XLIII. Quo pacto ambe Christi genea- logie, cum Historia veteris Testamenti concilien- tur. 144
Exercit. XIX. Prosecutio ejusdem argumenti: de Virginis oblatione in Templo facta. 64	Exercit. XLIV. De infantia, & adolescentia Salvatoris: deque illius vite ratione & institu- to. 147
Exercit. XX. De voto Virginitatis. Quandonam primum a Despara sit emissum? 67	Exercit. XLV. De Christi Baptismate. 152
Exercit. XXI. De natura & conditione Voti Vir- ginitatis, a Despara emissi. 70	Exercit. XLVI. De Christi jejunio, & tenta- tione in deserto. 157
Exercit. XXII. De Matrimonio Despara cum Jo- seph. Sine re ipsa inter illos initum? 72	Exercit. XLVII. De Fama ingentium Christi virtutum, ac prodigiorum in Syriam propagata; de- que mutuis Abgaris Edesse Regis ad Christum Epi- stolis, Christi que ad Abgarum datis. 161
Exercit. XXIII. De concordia Matrimonii cum Vo- to Virginitatis in antecessum emissi. 75	Exercit. XLVIII. De humana oris, corporisque forma Christi Domini, ejusque Virginis Matris. 165
Exercit. XXIV. Quandonam Mariam inter, & Josephum verum Matrimonium sit initum? 77	Exercit. XLIX. De Christi Domini Transfigura- tione. 170
Exercit. XXV. Quoto quisque anno vite Matri- monium interius? Quove titulo Joseph Christi Do- mini pater sit? 79	Exercit. L. De Christo triumphatore Jerusalemam ingresso. 173
	Exercit. LI. De ultime Cene celebratione. 177
	Exercit. LII. De eadem ultime Cene celebratio- ne; deque agno paschali a Christo comesto. 183
	Exercit. LIII. De Christi Passione: ac pri- mum de Judæ traditione, de sudore sanguineo, de

vij INDEX EXERCITATIONUM.

de pœna Verberum, de Coronæ spinæ impositio- ne.	189	Discipulos.	229
Exercit. LIV. De mortis sententia in Christum lata; de Crucis gestatione, deque illius forma, & altitudine, necnon de Veronica vulgo dicta.	193	Exercit. LXIV. De effectibus a Spiritu Sancto productis; maxime de dono linguarum.	233
Exercit. LV. De ligno Crucis, & Christi in ea suffixione, ceterisque nonnullis Crucifixionis ad- iunctis.	197	Exercit. LXV. De Christi Virtutum & prodi- giorum narratione, a Pilato ad Tiberium Cæsarem missa; deque ejusdem Apotheosi, apud Senatum Ro- manum tentata.	236
Exercit. LVI. De latronibus una cum Christo Cruci affixis.	202	Exercit. LXVI. De morte Deiparæ Virginis.	239
Exercit. LVII. De tempore, & loco crucifixio- nis: nec non de lictoribus, atque tortoribus: mili- tibusque Christi vestimenta dividendis.	205	Exercit. LXVII. De corporea Deiparæ Virginis in Cælos Assumptione.	243
Exercit. LVIII. De prodigijs, Christo de Cruce pendente, paratis.	208	Exercit. LXVIII. De Christo judice venturo: ac primum de postremi judicij prolatiis.	248
Exercit. LIX. De Christi sepultura, ejusque descensu ad inferos.	213	Exercit. LXIX. De signis Christi ad judicium venturi prænunciis.	254
Exercit. LX. De Christi Domini Resurrectio- ne.	216	Exercit. LXX. De Christo Domino ad judicium procedente: ac præsertim de forma, de loco, & be- na.	257
Exercit. LXI. Ejusdem argumenti prosecutio. De varijs Christi Resurrectionis adiunctis.	220	Exercit. LXXI. De Christo judice, mortuus ad judicium excitante.	260
Exercit. LXII. De Christi in Cælos ascensu; deque ipsius gloriæ perennitate.	225	Exercit. LXXII. De Causa cujusque cognitione, in extremo judicio faciendi forendaque sententia.	265
Exercit. LXIII. De Missione Spiritus Sancti in		Exercit. LXXIII. De tempore postremi judicij, futuræque mundi bujæ consummationis, & fi- nis.	270



EXERCITATIONES  
HISTORICÆ, CRITICÆ, POLEMICÆ,  
DE CHRISTO  
EJUSQUE VIRGINE MATRE.

Quibus Judæorum errores, de promisso sibi Liberatore, nova methodo refelluntur:  
Christianæ Religionis Mystera omnia ad certam Historiæ fidem  
exiguntur, explicantur, defenduntur;

HABITÆ IN ACADEMIA PATAVINA  
A F. JACOBO HYACINTHO SERRY

PRIMARIO, IBIDEM S. THEOLOGICÆ PROFESSORE, DOCTORE SORBONICO,  
ORDINIS PRÆDICATORUM

EDITIO NOVA, AB AUCTORE RECOGNITA, NONNULLIS  
EXERCITATIONIBUS DE CHRISTO JUDICE VENTURO

Adacta, & pluribus accessionibus locupletata.



EXERCITATIONES  
 HISTORICÆ, CRITICÆ, POLEMICÆ  
 DE CHRISTO  
 EJUSQUE VIRGINE MATRE.

HABITÆ IN ACADEMIA PATAVINA  
 A F. JACOBO HYACINTHO SERRY

PRIMARIO IDEM THEOLOGICÆ PROFESSORIS, DOCTORIS TORONICO,  
 ORDINIS PREDICATORUM


EDICTO NOVI, AB AUCTORE RECOGNITA, NONNULLIS  
 EXERCITATIONIBUS DE CHRISTO IUDICE VENTURO.

Adversus, & pluribus sectionibus illustrata.

Tom. III.



EXERCITATIONES  
 DE CHRISTO  
 EJUSQUE VIRGINE MATRE.  
 PROLOGUS.



ALTER supra vicesimum annus oritur, ex quo me sacris litteris operantem, studiosæ Juventutis institutioni, VENETA MAJESTAS admovit. Per id ego tempus Theologicam Disciplinam universam, quæntum diversis Auditoribus tradidi; ut pene tædeat pigeatque, eandem quarto quoque anno telam retexere, novoque opere redordiri. Quare de Deo hominæ factæ sextum etiam dicere jussus; ne idem etiam diverse ingererem, relictiis, ut vocant, Scholæ quæstionibus, diu alias ac fufe admodum pertractatis, ad quæstiones historicas, criticas, polemicas divertii, iisque agütandis, anno integro litterario me totum dedi. Placuit inusitatum Italiæ Scholis Theologicæ disputationis argumentum; non discipulis modo, sed & fummis ac etiam Principibus viris, qui pro sua humanitate, bonoque in litteras nostras genio, Auditorium frequentabant. (Rarus alibi bonarum artium Professoribus datus honos, Patavii frequentissimus.) Id mihi incitamentum fuit, quo integrum opus, etfi jam tunc non ingratur, secundis curis recognoscere, perpolire, multaque rerum accessione illustrare: ut mandatum typis, securius ac tutius publicam lueem ferre possent, quod viva voce ex Cathedra recitatum, tantorum Virorum judicium subisset. Periculosior enim est alex, oculorum censuram subire, quam aurium: cum, quæ transvolare audientem possunt, ea ex intervallo revocare legenti liceat. In eo duplex mihi consilium stetit: primum quidem, Judæorum errores, falsaque de promisso sibi Christo præjudicia refellere: Alterum, illudque præcipuum, certam Myfteriorum omnium, quibus humanæ salutis opus Christus absolvit, subque sæculi finem recognoscet, notitiam tradere: rehutatis ubique passim commentis, naniis, & fabellis, nimia quorundam, sive licentia, sive superstitione inductis, ac publicatis. Si enim, ut agebat Tullius, *Nihil debet esse in Philosophia commentitiis fabellis loci*; quis tantum hodie in quorundam Theologia dari non lugeat: ut paris ferme sit operæ, Sacrorum Myfteriorum dignitatem, majestatemque adversus inconsultam quorundam pietatem sustinere, ac veritatem ipsam, fidemque adversus impiorum blasphemias tueri, atque defendere. Grande illud malum pietati, ac religioni exitiale observavit summus ævi sui censor, ac scriptor Melchior Canus, idemque depelli vehementer optavit, lib. 11. de Locis Theologicis cap. 6. *Nec Sancta Virginis, inquit, nec Christo Domino, hominum impudentia pepercit, quin quod in aliis Divis factitavit, idem quoque in Christi, & Matris ejus historia scribenda faceret; & pro humani ingenii levitate, multa vana & ridicula comminisceretur.* At qui tanto mederetur malo, virum voluit probum, integrum, incorruptum; ut ne quid falsi audeat dicere, ne quid veri non auderet, ne qua suspicio gratiæ in dicendo foret, ne qua similitatis. Num is ego sim, recteque mihi præsens cesserit alea, publicum judicium erit: cui si conatus iste meus non ingrat

Serry Tom. III.

A tus

tus acciderit, alia quæ teneo prælo matura, ad cæteras Theologiæ partes spectantia imposte-  
rum dabo.

II. Uaum, priusquam opus aggrediar, ab exterarum gentium Theologis mihi precor ignosci: si in hac tanta nugarum fabularumque confutatione, quibus sacrorum Mysteriorum majestas, a pro-  
letariis otiosisque scriptoribus violata est dudum, nova quoque Mariæ a Jesu, Agridenfis Abba-  
tissæ commenta, per visorum somniorumque speciem, ante annos aliquot publicata, mihi sum-  
pserim refellenda; dabunt illi veniam, dum intelligant, in ea me regione versari, ubi hæc ipsa  
commenta, non approbatores modo ac laudatores, verum etiam cultores invenere. Tanta est  
hominum in res novas, ac etiam absurdas propensio, modo pietatis specie ingerantur! In quibus id-  
circo dedocendis operam ponere, a nonnullis Episcopis pietate & eruditione præcipuis, jussus sum.  
Hanc ego officii partem ita sum executus, ut tametsi scriptam ab ea, per visiones & somnia, Dei-  
paræ vitam non confutaverim minutatim, atque ex integro; auctoritatem tamen illi omnem ac  
fiem ademerim: nudatis scilicet refutatique peculiaribus ejus erroribus amplius sexaginta, contra  
sanam rectamque rationem, contra Ecclesiasticæ Historiæ veritatem, contra Sacrarum Scriptura-  
rum, Sanctorum Patrum, veterumque Interpretum dicta, temere assertis: Quæ omnia Abbatif-  
sam, cætera piam ac religiosam, fallacibus tamen inter scribendum visis illusam evincunt; non  
divinitus illustratam, omnemque illi etiam in reliquis, quæ inemendata præterii, fidem detra-  
hant. Vates enim vel in uno falsi convictus, vates non esse vincitur, sed ariolus.

III. Quamquam poteram operæ parcere, brevique compendio visorum illorum somniorumque  
omnium auctoritatem elevare, apud illos ipsos, qui nimio plus creduli, fidem iis omnibus ha-  
bendam existimant, quæ piis religiosisque, seu viris, seu feminis patefacta divinitus, jactantur.  
Nempe obiecta nude lectorum oculis, immani illa ac portentosa antilogia, qua secum invicem  
Agridenfis Abbatissa, & Diva Brigitta, in suis fundendis oraculis, visisque narrandis, sæpe colli-  
dunt. Sic enim quocumque divam Brigittam, cui *secreta cælestia divinitus revelata* fatetur Ec-  
clesia delusam dicere, religioni duxerint; delusam certe, deceptamque turpiter Abbatissam neces-  
sario fatebuntur: cum pugnantia ambabus afflatis divinum spiritum, impossibile sit. Proh quam  
immanis inter utramque antilogia, repugnantia, discordia! Hujus istud tibi breve specimen esto.  
In primis Josephum senem, annisque gravem, dum Virginem sponsam accepit, asserit Diva Bri-  
gitta; quem contra, annos duntaxat triginta tres natum asserit Agridenfis Abbatissa. 2. Eundem  
nihil unquam mali de virginis gravitate suspicatum asserit illa, quem potius anxium & accipi-  
tem, variis suspicionibus agitatam ista contendit. 3. Josephum e spelunca Bethleemica, dum  
virgo peperit, abfuisse, scribit una; præsentem vero & in extasim raptum memorat altera. 4.  
Nati divini pueri secundinas agnoscit illa, ista plane negat. 5. Christum, ex parientis utero in  
terram molliter dilapsum, atque jacentem repræsentat illa, antequam pannis involutus in præse-  
pio reclinaretur: ista angelorum manibus in ipso egressu exceptum, & in sublime elatum com-  
miniscitur. 6. Christum recens natum, nihil prorsus humana lingua locutum testatur illa; ista  
ex adverso divinum pupulum, statim atque prodiit utero longo sermone Matrem Virginem  
alloquentem inducit. 7. Bovem asinumque, quos nati pueri præsepi vulgus adstituit, Iosephi fuisse,  
monet illa, ex Nazaretho scilicet Bethleemum adductos: ista de bove saltem inficiatur; quem  
contra, ex accidenti in speluncam de proximo venisse fabulatur, ut pupulum halitu refoveret. 8.  
Christum nudum omnino, dum ad columnam cæsus est, observat illa; ista ad verecundiam apte  
velatum affirmat. 9. Eundem mox Cruci suffigendum, velatum quidem concedit illa, sed obla-  
to sibi ex improvise velo aliquo: ista intimis pannis, seu femoralibus gestari solitis, quæ nulla  
illi militum vis evellere potuit, velatum effudit. 10. Quatuor clavibus affixum cruxi dominum ait  
illa: ista tribus duntaxat. 11. Illa Virginem matrem, ad dies quindecim in sepulchro jacuisse re-  
fert, antequam excitaretur a Deo, & in caelos corpore simul & animo efferretur: ista tres tantum  
dies jacuisse notat. 12. Illa nullum in Cælis corpus humanum, nisi Christi, ejusque Virginis Ma-  
tris, æterna nunc felicitate potiri, fidenter pronunciat: ista cælesti quoque felicitate danari con-  
tendit permulta Sanctorum corpora, quæ cum Christo domino surrexere. Ut de reliquis longe  
multis capitibus taceam, in quibus percensendis orationem necesse non est ponere longiorem. Ec-  
quis ergo divino spiritu afflaram dixerit Abbatissam, ut Divæ Brigittæ, tam immaniter repu-  
gnaret? Quasi secum pugnare Divinus Spiritus possit.

IV. Cæterum quia non desunt, qui inanibus visis infartum Abbatissæ librum, nullo Ecclesiæ  
judicio damnatum vociferentur: ac si quod in illum, sub Innocentio XI. Decretum latum est, in  
Romana S. Officii Congregatione, hoc idem ad Caroli II. Hispaniarum Regis preces, omnino  
reversum effutiant: placet Pontificis Maximi Decretum, Lectorum oculis fistere; simulque Car-  
dinalis Eminentissimi laudatæ Congregationis Decani Rescriptum, Illustrissimo Cænetensium Epif-  
copo Francisco Trivisano nuperime datum adnectere: quo, de libri hujus damnatione ac prof-  
scriptione quærenti, cumulatissime satisfecit. Unde intelligent universi, quæ libri hujus fortuna  
Romæ fuerit, ne ultra piorum religioni, atque simplicitati illudatur.

## D E C R E T U M

*Feria quinta die 26. Junii 1681.*

IN Congregatione generali S. Romanæ, & universalis Inquisitionis, habita in Palatio A-  
postolico, apud S. Petrum, coram Sanctissimo Domino nostro Innocentio divina provi-  
dentia Papa XI. ac Eminentissimis & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus, in to-  
ta Republica Christiana, contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede  
Apostolica specialiter deputatis.

Prodiit idioma Hispano impressum Opus, in tres partes, & quatuor tomos divisum, quo-  
rum tamen duo in inscriptione habent, *Primera parte*, sed alter eorum continet, ( præter  
Dedicatoriam, approbationes, & prologum integrum ) etiam relationem Vitæ Auctricis infra-  
scriptæ; nam alias omnibus & singulis eadem inscriptio præfigitur talis:

*Mystica Ciudad de Dios, milagro de su Omnipotencia, y abismo de la gracia, Historia  
divina, y vida de la Virgen Madre de Dios, Reyna y Señora nuestra, Maria santissi-  
ma restauradora de la Culpa de Eva, y medianera de la gracia: manifestada en estos  
ultimos siglos per la misma Señora, a su esclava Sor Maria de Jesus Abadesa de el Con-  
vento de la Immaculata Concepcion, de la Villa de Agreda, de la Provincia de Burgos,  
de la regular Observancia de N. S. P. S. Francisco para nueva luz del mundo, alegria  
de la Iglesia Catolica, y confianza de los mortales. Con Privilegio. In Madrid por Ber-  
nardo de Villa Diego, Anno 1670.*

Cuius Operis præfatas partes, ac tomos Sanctissimus D. N. Innocentius Papa XI. auditis  
Eminentissimorum & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium prædictorum votis, prohi-  
bendum esse sanxit, quemadmodum præfenti Decreto damnat, ac prohibet: ita ut nemini  
cuiusque conditionis, ac gradus illos legere, vel retinere liceat, vel imprimere, vel imprimi  
facere, sub pœnis in sacro Concilio Tridentino, & in Indice librorum contentis. Districteque  
mandat, ut ab unoquoque eorum, quem habere contigerit, vel omnes, vel aliquam ex præ-  
dictis partibus ac tomis, a præfenti Decreti notitia, statim sub iisdem pœnis, ad Ordinarios,  
vel Inquisitores deferantur, eisque consignentur, non obstantibus in contrarium quibuscum-  
que.

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanæ & Universalis  
Inquisitionis Notarius.

Die 4. Augusti 1681. supradictum Decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ  
Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, & in aliis locis solitis & consuetis Urbis, per me  
Franciscum Perinum SS. D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Curforem.

*Epistola Cenetensi Episcopo data.*

„ Illustris ac Reverendissime Domine quasi frater. Litteris tuis, die mensis proxime elapsi  
 „ vigesima secunda datis, rescribi mandant Eminentissimi Collegæ generales Inquisitores,  
 „ probari sibi zelum ac studium, quo fororis Mariæ Agridenfis libro obstitisti, qui certe nec le-  
 „ gi permittendus est, nec teneri; cum dudum ab hac Sacra Congregatione S. Officii prosci-  
 „ ptus sit. Vale.

Quasi frater F. Cardinalis Spada.

In hæc verba Illustrissimo Cenetensium Episcopo, de libri fortuna quærenti, rescripsit Decanus Congregationis Eminentissimus, suo & Collegarum nomine. Etsi eo rescripto non erat opus, ut quid rei fuerit, disceremus. Ecce enim rescissum, aut certe suspensum damnationis decretum effluant insausi operis defensores? Nempe quod quinto post mense, die scilicet nona Novembris, supplicanti Hispaniarum Regi rescripserit Innocentius XI. *In causa librorum Sanctimonialis Mariæ de Agreda placuit supersedere*: seu, ut Hispanicè referunt in apologeticis illius Operis prolegomenis: *En la causa de la Monja Maria de Agreda, hemos tenido por bien sobreseer*. At quid inde, ut latum ante decretum, rescissum ostendatur? Qui enim non omnino desipiunt, illud norunt, *in aliqua causa supersedere*, id sonare unice non ultra progredi, seu ad tempus sustinere: non ideo tamen, si qua in antecessum lata ac promulgata judicia sunt, hæc ipsa rescindere, aut suspendere. Id ergo, Caroli. II. precibus ab indulgentissimo Pontifice datum est unice, ut nihil ultra in miseros libellos, illorumque editores, aut suppositores, (a multis enim piæ Sanctimoniali creduntur suppositi) moveretur, atque decerneretur: non ut latum ante menses quinque, promulgatumque Decretum rescinderetur, aut effecta suo vacuaretur, quod contra, etiamnum hodie stat ratum & integrum, interdicta singulis tenendi legendique male multati operis facultate.



EXER-

EXERCITATIONUM  
 DE CHRISTO,  
 EJUSQUE VIRGINE MATRE  
 PARS PRIMA.

In qua Judæorum errores, falsaque de promisso sibi Christo præjudicia refelluntur.

EXERCITATIO PRIMA.

*De improba Judæorum cœcitate, in definiendis Christi promissi notis, ad quarum normam illius veritas exigatur.*



**S**æpe mecum tacitus cogitavi, quid demum causæ sit, quod, cum tam multæ in dies prodeant, de salutari Christi adventu, eruditæ lucubrationes, & vulgatæ typis, & e sacro suggestu pronuntiatæ; tam pauci tamen Judæorum ad Christianam fidem traducantur: ut jam cesserit in proverbium, facilius esse Æthiopem dealbare, quam Hebræum ab errore divellere. Donec id venit in mentem, ortum id maxime ex anticipatis, verustisque opinionibus, quas de promissi sibi Christi dotibus, & officiis animo imbibent; in quibus evellendis, resellendisque, prima Virorum eruditiorum desudare debet industria: quod ni fiat, omnis in cæteris quibusque probandis, demonstrandisque, perit labor, luditur opera.

Equid enim, si percontemur ab eis, qualem sacris in Litteris prænuntiatur sibi Christum exiitiment, qualem etiamnum hodie præstolentur? Sine cunctatione reponunt, quod a majoribus acceperunt: Virum bellatorem ac manu fortem, Gentium domitorem, qui obliteratam Mosaicam legem restituit, Leviticum Sacerdotium instauret, Salomonis Templum, ac Jerusalem a fundamentis erigat; ac demum Judaicum genus toto orbe dispersum, ac profugum, relictiis, spretisque Gentilibus, in unum cogat, fortunet, ac beet. Ea sibi promissi Christi criteria fingunt cæci homines, his spebus crudas mentes alunt, atque interiò hianti ore candidiores soles expectant. Falsa autem ea cum sint, falsa quoque illorum de Christi adventu judicia derivari necesse est. Hinc ingens illa frangendæ Judaicæ peridiæ difficultas, & auferendi velaminis labor propemodum infinitus. Cum enim sinistram illam, de Messia dotibus, & officiis opinionem ebiberint, illuc perpetuo vota vertunt: ac licet Ecclesiasticis Tractatores magno argumentorum apparatu perspicuum faciant, præfinita optari adventus tempora successisse jam pridem, fluxisse Danielis hebdomades, ablatum Judææ sepeprum: illi ex adverso omnes ingenii nervos intendunt, ut eliquatissimis Oraculis nebulas offundant; quod necdum talem Messiam viderint, qualem sibi stulte, inaniterque finxerunt.

Idem scilicet illis usu venit, quod olim Theophrasto Philosopho, in rusticano secessu degenti contigisse legimus: quem cum Alexander Macedo, de suo in ejus casam adventu, submissis nunciis monuisset; nunquam tamen adduci potuit,

ut stata die, ac dicta hora advenientem agnosceret, coleretque pro dignitate: quod alium sibi finxisset Macedonem, proceritate scilicet corporis magnum arbitratus, qui contra, statura humilis, sola rerum gestarum gloria, ubique magnus celebrabatur.

II. Quid plura? Non pauca Scripturarum vaticinia, quæ mysticum in sensum sumenda veniunt, mortiferam secuti litteram propostere accipiunt, ut necdum Prophetias omnes impletas obtendant. Hinc cum de beatis Christi temporibus, ab Isaia scriptum legerint, Cap. 11. v. 6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit; puer parvulus minabit eos; Leo quasi bos comedit paleas*: (quo symbolo dissonas gentes, moribus ac patriis legibus diversas, sub unius Christi domini imperium cogendas vaticinatus est sacer Vates:) ii continuo, quasi ridente Minerva, hujuscæ Oraculi corticem in Christianorum faciem illidunt, ut Jesu Nazareno Christi dignitatem eripiant, quod illo in terris agente, nec lupus habitavit cum agno, nec pardus cum hædo accubaverit; nec ulla demum auræ hujus ætatis ab Isaia descriptæ vestigia, in hanc usque diem mortalibus apparuerint. O cæcas mentes! Quidni ergo, si superis placet, complanatum iri terræ sola adventante Messia fabulantur, ut & tunc montes ipsi subsident, surgantque valles? Nam & hoc ipsum, si litteræ corticem æmulemur, vaticinatus est Isaïas Cap. 40. v. 4. *Omnis vallis exaltabitur; omnis mons & collis humiliabitur; & erunt præva in directa, & aspera in vias planas*. Quidni quoque plaudentia manibus flumina, montes festo saltatu choreas agentes, ad orientem Messia, comminiscuntur? Namque & hoc alterum, si nudis verbis hæreamus, futurum ominatus est Regius Vates, Psalmo 97. v. 8. *flumina plaudent manu, simul montes exultabunt a conspectu Domini*. Quæ sane, præterquam sunt absurdissima, repugnant etiam inter sese: cum & montes exultare a conspectu Domini, quod ait Regius Vates, impossibile sit; si nulli tunc, ut loquitur Isaïas, futuri sunt montes, sed solo æquandi.

Futuram illam Judæorum, in intelligendis sacris litteris, cœcitatem adumbratam legimus eo Velamine, quo faciem suam obtexit Moyses, ubi datam sibi legem in monte Sina, attulit ad Judæos, Exodi 34. v. 33. Id etenim factum observat Apostolus 2. ad Cor. 3. *ut non intenderent filii Israël in faciem ejus*: seu potius, ut habet textus græcus, leguntque Patres veteres, etiam latini, Augustinus, Ambrosius, Sedulius, Primasius, *ut non intenderent filii Israël in finem ejus*; Christum scilicet, Mosaicæ legis finem: ut legitur ad Romanos 10. *finis legis Christus, ad justitiam omni credenti*: quem, legendo meditandoque Mosaicos libros, Judæi necdum agnoscunt. Quocirca ele-